


VELITATIONES  
POLITICO-JURIDICÆ  
SEX

*Disputationis alea & Censura publica expositæ*

À

JOANNE GRYPHIAN-  
DRO J. U. D. ET HISTORIA-  
rum & Poëseos in Academia Jenensi  
Professore publico.



J E N Æ

TYPIS JOHANNIS BEITHMANNI,

---

A N N O 1758.



*Nobilitate generis, morum comitate, & politioris  
 litteratura, omniq; generis virtutum cultu  
 ornatissimis Juvenibus,*

Dn. ERICO HENRICO TOTT,  
 de Sivenby, Liuxala, Niemitz, &c,  
 Finno - Sueco,

Dn. WOLFGANGO CHRISTIANO  
 ab Harling, Eq. Sax.

Dn. OTTONI FRIDERICO  
 ab Hunt, Eq. Siles.

Dn. GUILHELMO ab Hauchwitz,

Dn. SIGFRIDO à Schlichtig,

Dn. CHRISTOPHORO CONRADO,  
 Uratislav. Sil.

*Dominis Commensalibus, Domesticis, Collegis,  
 ac Auditoribus meis amantissimis,  
 S. P. D.*



Nnus nunc septimus agitur, No-  
 bilissimi & Politissimi Juvenes,  
 ex quo primùm cœpi Politica  
 Auditoribus & Collegis meis  
 privatim legendo proponere, le-  
 ctâq; reciproca conferentium dilquisitioni  
 subicere. Initium hujus exercitii Jenæ Studio-  
 sus feci, quod postea etiam Altorfi continuavi.

# Partes Politices duæ sunt,

quarum prior de fine & objecto, posterior de officio Politici, hoc est, de medijs, quibus finis objecto imprimatur, tractet, ut singula 25. disputationibus sive capitibus absoluantur.

1. De Politico ejusq; persona.
2. De facultate Politica.
3. De civili societate.
4. De homine absolutè considerato, quod est membrum civilis societatis.
5. De societate uxoris sive conjugali.
6. De societate patrum, parentum & filiorum.
7. De societate dæmoniorum, Domini & servi.
8. De societate eorum, qui parentum & filiorum vicem sustinent, ut preceptorum & discipulorum, tutorum & pupillorum.
9. De familia.
10. De civitate.
11. De Republica.
12. De Monarchia, Dominatu, & tyrannide.
13. De

Partis  
primæ  
dispu-  
tatio



JOANNIS GRYPHIANDRI  
Oldenburgi

# DE POLITICO

*Velitatio Politico-Juridica prima.*

RESPONDENTE  
JOANNE BOETHIO DITHMARSO.

## THESIS I.



*A*mpliſſ. Politici campum ingreſſuri, prius neceſſe ha-  
bemus ex variis propriam vocabuli ſignificationem eruere,  
ut ex ꝑ Cti præſcripto, intelligatur id, de quo queritur. Eſt  
enim æquivocum. ἐν πολιτείᾳ Philoſophus politicum ve-  
cat omnem, qui in civili ſocietate vivit, quo ſenſu homi-  
nem dicit ἢ φύσει ζῶον πολιτικόν, cui ἀπόλιδες adverſantur à civilita-  
te extorres, ut ꝑ Cti explicant. Strictius pro eo accipitur, qui non eſt Ec-  
cleſiaſticus, quem canones ſecularem vocant, quomodo ſtatui Eccleſiaſti-  
cus politicus & domeſticus inter ſe opponuntur.

2. Νὸς καὶ ἐξ ὀχλῶν eum politicum dicimus, qui ſalutaribus conſi-  
liis Reip. regenda in partibus eius ſibi commiſſis, ut Imper. loquitur, pro-  
deſſe poteſt, neq; ſcientiam tantum rerum gerendarum, ſed & uſum ha-  
bet: vel, ut Scriptura deſinit: qui novit ſingula tempora ad præcipiendum  
populo quid facere debeat. Quem breviter ſed nervoſè expreſſit Jacobus  
Bornius: Politicus eſt artifex Reip. perficiunda.

3. Ad cuius excellentiam non accedunt illi, quos vulgus perperam  
pro politicis adorat, quales ſunt homines in civili converſatione gratioſi,  
quorumvis moribus accommodi, ſæpe non ſine aſſentationis macula, οἱ μὲν  
ἀρεσκὸι δοκᾶσιν εἶναι, ut Ariſt. loquitur. Qui poſſunt facile omnes perfer-  
re ac pati, cum quibus ſint, eorum obſequi ſtudiis, adverſi nemini, ut  
Comicus deſcribit.